

Friedrich Gerdes Christophorus Stypmannus

**Collegii Iuridici Pro-Decanus Fridericus Gerdesius, I.U.D. ... Ad Inauguralem De
Minis & Comminationibus Dissertationem a Dn. Christophoro Stypmanno, Regii
Dicasterii Advocato Pro Summis in utroque lure honoribus & privilegiis
consequendis Ad diem Iovis proximum 30. Iunii in Auditorio Maiori ... habendam
observanter, officiose & amice invitat**

Gryphiswaldiae: Doischerus, 1681

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747429103>

Druck Freier  Zugang



K. K. 2 (80.)



1. Marcov de jure auspicii apud Romanos.
2. Marcov de primatis metropolitanis et reliquis episcopis ecclesie germanicae.
3. Marbach de jure deceptorum.
4. Struv de officiis.
5. Struv de Brachio faculari.
6. Struv de jure sacerorum.
7. Habermann de ratificatione.
8. Frommann de jure variandi.
9. Pancz de poena adulterii ejusque indulgentia.
10. Stutel de mutuo publico.
11. Bardili unicus testis nullus testis.
12. G. Engelbrecht de dotatione virginum nobilium in Pomerania.
13. Stypmann de misericordia communione.
14. Marcov de verbis generalibus.
15. P. Müller de bene merito.
16. P. Müller de nova causa.
17. Werner de poenitentia.
18. Gläser de libero arbitrio secundum ius civile et canonicum tam constituendo quam constituto.
19. Werner de auctionibus.
20. Roth de resignatione dominie judiciali.
21. P. Müller de exortatione majoris mali.
22. P. Müller de exercitu suspicioris.
23. Dyonisor de vi legis in praeteritum.
24. Nehlbaum de delictis imprimis de furtis. —
25. Rühle iniuriae accusata jurisprudentia.
26. Bechmann de actorum publicorum auctoritate.
27. Schwendendorffer de ultimis suppliciis.
28. Philippi iura circa cadavera humana.
29. P. Müller de praecorruptione facti.
30. Bornius de eo quod justum est circa destinationem.
31. Mylius de contractu libellario.
32. Minuth de exceptione inhabilitatis contra adiuvatum.

33. Rider de prohibita rerum ecclesiasticarum alienatione.
34. Matthiae de denunciatione evangelica.
35. Vtraus de obligatione patris familias in cuius aedibus inven-
dium ortum.
36. P. Müller de praecriptione Sacconica.
37. Strycke de jure oblivionis.
38. Lyrer de robbaria et vi bonorum reaptorum.
39. Mylius de libris mercatorum.
40. Romanus de varia injuriarum coercitione.
41. Linck de rubro nigro et albo.
42. Hahn de actionibus personatis.
43. Brandt de legitima maleficiis et sagas investigandi et con-
vincendi ratione.
44. Ursinus de nationarum praefutarum. Quatuor bilingue.

COLLEGII JURIDICI
PRO-DECANUS
FRIDERICUS
GERDESIUS,

J. U. D. Professor Ordin: & Consiliarii Ecclesiastici Director

MAGNIFICUM DN. RECTOREM,
Generosos, Nobilissimos, Amplissimos, plurimumq; Reverendos Dicasterii, Academæ, Urbis & Ecclesiæ patres, cæteramq; insignium Virorum & Academicæ Juventutis coronam splendidissimam

AD INAUGURALEM

De Minis & Comminationibus

DISSERTATIONEM

à

Clarissimo & Consultissimo

DN. CHRISTOPHORO STYPMANNO,
Regii Dicasterii Advocato

Pro

Summis in utroque Iure honoribus & privilegiis conseqvendis

*Ad diem Jovis proximum 30. Junij in Auditorio Majori
horis à septima matutinis habendam
observanter, officiosè & amicè invitata.*

GRYPHIS WALDÆ

Typis MATTHÆI DOISCHERI Acad. Reg. Typogr. 1681.

13a



Ostquam homo ex lapsu

Ptotoplastarum in prava inclinare & nullum sibi appetendi ac desiderandi finem statuere cœpit, vix aliquid in vita sanctum profanum ve fuit, quod periculo non esset obnoxium. Dicatas quondam honori Numinis summi ædes malitiæ pes.

simorum hominum seu pollutas seu dirutas non prisca tantum conqveruntur, sed & præfentia deplorant secula. Et quis convitia, probra, injurias, rapinas, homicidia & hujus farinæ molimina alia, quibus homo hominis famam vitamq; in discriminem adducit, computet? quorum foeditati enarrandæ nulla adhuc dum ætas calamorum satis suppeditavit, neq; suppeditabit unquam. Absit, Naturam vocemus cum Politico Malmesburyensi, quod ejusdem est corruptio & destructio; Venit illa à sanctissimâ sapientissimi Opificis manu, hæc aliunde supervenit, nec increpare ille degenerem creaturam posset, neque homo emendare aut punire, si talem Conditor in orbem introduxisset. Semetipsum suauum Satanæ, cum optime agere posset, & per omnia Justitiae sui Creatoris obsequi, in peccandi necessitatem ac libidinem abjecit. Ne everteretur ergo societas humana, quam conservatam DEUS volebat, metu opus fuit. Hic illud frenum est, quo lascivientis & in illicita ruentis malitiæ impetus cohabetur. Nam parcus delinquit, quisquis ex delicto plus damni sibi ac dedecoris, quam luci & voluptatis propositum, videt. Verè olim iste inter Græcos nobilis Sophus, cum meticulositatem illi alias objiceret, atqui eò minus, ajebat, pecco, subinnens in de-

de sibi adversus peccandi incitamenta remedium subministrari. Metus religionis, metus honestatis est cunctos. Quicquid in vita universa sacrum atque utile, hoc munimento clauditur. Atque ut metuat impius, postquam jam dum cavit DEUS, etiam Nomothetæ, & penes quos arbitrandi in rebus publicis est potestas, providerunt. Ille enim intus per accusantis conscientiæ molestissimas, at justissimas tamen obloquutiones terret & cruciat præfractum & contumacem animum, ut post admissum scelus crudelius vapulet, quam si acerbissimis lacinetur suppliciis.. Notandum digna sunt, quæ Suetonius de Nerone Claudio Cæsare refert. Ille enim occisam matrem Agrippinam per Anicetum, nec sceleris conscientiam, quanquam & militum & Senatus populiq; gratulationibus confirmaretur, aut statim aut unquam postea ferre potuit, sæpe confessus exagitar se maternâ specie, verberibus Furiarum ac tœdis ardentibus. Quin & facto per Magos sacro, evocare omnes manes & exorare tentavit. Lubet huc quoque transferre, quæ Strabo habet non incommodè ad præsens negotium applicanda. Aricinæ Dianæ nemus est juxta Ariciam urbem Italiæ, in quo olim Taurica sacra sunt usurpata. Perfuga Sacerdos constituebatur, qui priorem Sacerdotem suâ trucidaverat manu, strictoq; semper gladio paratus erat ad insultus propulsandos. Hominis è delictis suis meticulo si illa erat imago :

Quem diri conscientia facti

*Mens habet attonitum, & surdo verbere cedit
Occultum quatiente animo tortore flagellum.*

Nam quantum meruit, metuit peccator, & post patratum facinus, quocunque tandem ferro dextram instru-

instruat, vindictam pavidius exspectat, quietem ani-
mi dies noctesq; intus divinâ turbante Nemisi. At
foris per severissimas leges, propositaq; supplicia,
per secures, gladios, furcas, scelestis minas intentant
Magistratus. Non aberrabit à vero, si quis dixerit,
plurimis olim locis judicii palatia foro & sub dio fu-
isse exercita, ne oblivio supplicii, quod delictum ex-
cipit, temere delinqventium animos subiret, & pœna
horrore continerentur in officio, quos suavissima-
honesti facies non permovebat. Cæterum, quam-
justum est terrori vesanas mentes & in perniciem alio-
rum proclives, tam iniquum in noxios & Justitia servan-
tes metu minisq; subflare. Deutroque, ne ambigas,
faciet Vir Clarissimus & Consultissimus DN.
CHRISTOPHORUS STYPMAN, cuius honori
hæc servit pagina, qui materiam hanc, quo usque-
scil. minas admittere fas sit, uberiorū enucleandam
sumpsit. Natus is est in hac Musarum sede Anno
hujus seculi 53. die 8. Febr. Genitore Viro Prudentissimo & Spectatissimo DN. **GEORGIO STYPMANNO**, Senatore & Mercatore dexterimo. Genitrice
autem **MARGARETA DE LFFSEN** Matrona piissima,
qui tenerum adhuc per domesticos Praeceptores
in vera pietate literisq; humanioribus informari fe-
cerunt. Succrescente verò ætate, ut ingenium magis
magisq; à condiscipulis excitaretur, privatæ manudu-
ctioni Viri pl. Reverendi DN. **MATTHIÆ MENK-**
HUSEN, SS. Theol. & Philos. tum temporis Studio-
si, nunc Pastoris apud Neokerkenses vigilantissimi;
postea curæ DN. **ULRICI BEZELII**, nunc Secretarii
Ordinis Eqvestris in Rugia dexterimi, commiserunt.
Cùm verò adolescentiæ anni accederent, hortatu Su-
fcepto-

sceptoris sui, Viri Consultissimi DN. JACOBI CHRISTIANI, Secretarii Academiae nostrae & Cons. Regii optimè meriti, nunc beati, anno 1668 in restauratum Gymnasium Carolinum, quod Sedini est, dimissus, ibi humaniori literaturæ & Philosophiæ, imprimis vero Practicæ operam dedit, praेunte Rectore AND. GOTHOFREDO A MMONIO, tunc Philosophiæ Magistro, post S. S. Theol. Lic. & apud Serenissimos Duces Luneburgenses & Brunsvicenses Superintendente vigilantissimo, sub cuius præsidio Respondentis & Opponentis spartam non semel sustinuit. Eodem tempore sanctæ Themidis fundamenta primis labris degustare non intermisit ductu Nobilissimi & Consultissimi DN. FRIDERICI MOVII, J. U. Lic. ejusdemq; Prof. Regii, nunc J. U. D. & apud Stargardenses Syndici dignissimi. Sed in medio literarum cursu Anno 1669. proh dolor! charissimi Patris mors præmatura insequa doloris non minus quam jacturæ eidem attulit. Biennio, & quod supererat, in Carolino Gymnasio studiis impenso anno 1670. suau Consangvineorum domum revocatus, inceptam Sedini Juris notitiam omnibus viribus excolere cœpit. Quod ut eo feliciori successu perageretur, privatæ informationi Consultissimi DN. GEORGII LUDERI, J. U. Candidati & Dicaesterii Regii Advocati dignissimi semet credidit, sub cuius directione totum Juris pelagum peragravit, haud tamen neglectis Dnn. Professorum publicis & privatis collegiis. Nam privatim usus est manuductione Cognati sui honorissimi, Viri Nobilissimi & Excellentissimi DN. JOHANNIS POMERESCHII, JCti & quondam Facultatis nostræ Antecessoris celeberrimi,

Con-



Consistorii Regii Directoris optimè meriti, nunc Reipubl. Lubecensis ProtoSyndici & Consistorii Ecclesiastici ibidem Præsidis gravissimi, Compatris nostri amicissimi, quem Instituta primum explicantem audiuit. Postea Collegium Digestorum Disputatorium publicum ad exercitationes Schnobelianas ductu meo habuit, in quo ter quaterve Respondentis partes sustinuit: privatim vero Jus Feudale commune junctis simul Pomeraniæ consuetudinibus feudalibus medcentem audivit. In Jure publico vero Nobilissimum & Excellentissimum DN. PETRUM MASCOVIUM, JCtum & Antecessorem celeberrimum, Facultatis nostræ h.t. Decanum Spectabilem, Consistoriiq; Regii Assessorem, Collegam & Compatrem nostrum conjunctissimum, qui Ottonis Jus publicum singulare dexteritate tunc enodavit, Informatorem nactus est fidclissimum. Jure privato & publico in hunc modum absoluto peregrinationem cum fidei suo A chate & Cognato suavissimo DN. FRANCISCO ab Lessen / J. U. D. suscepit. Antequam vero illam aggrederetur, disputationem de differentiis Juris civilis & Lubecensis conscripsit, eamq; sub præsido nostro anno 1674. publicè defendit. Non multo post prædictum iter aggressus est, & reliftis ad tempus paternis laribus, dehinc Hamburgum, inde Bataviam cæterasq; confœderatorum Ordinum provincias, imprimis Lugdunū, Batavorum Athenas, visitavit, ubi celeberrimum JCtum Bokelmannum publicè privatimq; docentem audivit, & Anatonicum Apparatum in toto orbe post Pataviensem celeberrimum observavit. Accedente vero autumno Brabantiam, ejuscq; opulentissimas civitates, puta Bruxellas,

xellas, Illustrissimi Regiminis sedem, Lovanium Musarum theatrum, Antwerpiam priori seculo mercaturâ & divitiis florentissimam, nunc ab illo splendore non parum dejectam perlustravit, in quibus locis observatu Curiosiora recensere nec attinet nunc nec unius paginæ est. Revirescente vere Flandriam ejusq; metropolim Gandavum, Caroli V. invictissimi Cæsaris nativum solum petiit, ut & hic & in aliis ejus Comitatus civitatibus subnotanda animo solerti contuereatur. Denique in Angliam tetendit, ubi non solum Londinum, inq; eo sedem & aulam Regiam longè famigeratissimam, sed & tunc temporis congregatum totius Magnæ Britanniæ nobilissimum Parliamentum Superius & Inferius oculis complexus in Regnorum horum statum inquirendi ansam habuit singularem. Nec intermisit posthæc Oxoniensem & Cantabrigensem Academias cum Bibliothecis Regiis scrutari, tum Collegium Anglicanum Curiosum & in eo admiranda naturæ, & per omnem literarum ac scientiarum ambitum observata propius intueri. Tandem ad Gallorum aulam, quæ totius Europæ hodie existimatur splendidissima, conversus, illudq; Regnum, quantum potuit, diligentissime lustravit, Statusq; & Regiminis formam ob oculos posuit. Relictis Gallis ad Genevensem Remp. Helvetiorum Confœderatam se transtulit, ubi cum famigeratissimo Publicista Burgoldensi erudito orbi ob varia edita scripta satis noto colloquendi se obtulit occasio. Dehinc per Helvetios, Suevos, Bavariæ aulam, ad Imperatoriam Viennensem demum pervenit, ubi, quantum de domûs Austriae speciali status ratione licuit coram subnotare haud neglexit, & sic per Bohemiam, Saxoniam, & Mar-

& Marchiam Brandenburgensem in patriam per DEI
gratiam redux factus est. In qua peregrinatione
quantum prudentiae quæsierit, aliis pensandum re-
linquo. Nam & illius modestia grave est hæc plenius
recensere, & nos in præsens Jurisperitiam in eo potis-
simum commendatam imus. Patriæ redditus statum
ejusdem reperiit miserum & mox miserrimum, quem
quoque piissimæ charissimæq; Matris mors ipsi qui-
dem aggravavit. Quantum tamen potuit manum
studio practico admovit. Quod dum commodè al-
ter fieri non poterat in Regii Dicasterii Ad vocatorum
numerum receptus est. Superiori anno nomen suum
apud Amplissimam Facultatem Juridicam professus
est, & superatis feliciter examinibus privatis ad Le-
ctiones, quas vocant Cursorias, quas ad L. 4. ff. quæ
in fraud. credit. recitavit, admisus est. Restat nunc
Disputatio Inauguralis de Minis & Comminationi-
bus eruditè conscripta & ante solemnem renunciatio-
nem in publica Panegyri, DEO juvante, habenda.
Ad quam præsentia honore conslesuq; freqventi or-
nandam, Magnificum Dn. Rectorem, Generosum,
Nobilissimum, Amplissimumq; Dicasterii, Academiæ
& Urbis Senatum, Sacri Ministerii Patres reveren-
dos, omnesq; Jurisprudentiæ deditos & faventes u-
nâ cum Nobilissima Juventute Academica Collegi-
um nostrum Juridicum, me interprete, omni cul-
tu, studio affectuq; rogat &
invitat.

*P. P. Gryphiswaldiæ sub Sigillo Facultatis
Juridice 26. Junij Anno 1681.*

(L. S.)



Universitäts
Bibliothek
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747429103/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747429103/phys_0013)

DFG





sceptoris sui, Viri Consultissimi
STIANI, Secretarii Academiarum
optimè meriti, nunc beati, a
Gymnasium Carolinum, qu
ibi humanioriliteraturæ & Pr
rò Practicæ operam dedit, p
GO THO FREDO AMMO
Magistro, post S. S. Theol. L
Duces Luneburgenses & Br
dente vigilantissimo, sub cui
tis & Opponentis spartam n
dem tempore sanctæ Them
labris degustare non intermis
Consultissimi DN. FRIDE
eiusdemq Prof. Regii, nunc
denses Syndici dignissimi.
cursu Anno 1669. proh dolo
præmatûra inseqvuta dolori
ræ eidem attulit. Biennio,
Carolino Gymnasio studiis in
Consangvineorum domum i
dini Juris notitiam omnibus v
Quod ut eo feliciori successu
formationi Consultissimi D
DERI, J. II. Candidati & I
ti dignissimi semet credidit,
tum Juris pelagum peragrav
Dnn. Professorum publicis &
privatim usus est manuducti
tissimi, Viri Nobilissimi & E
HANNIS POMERES
dam Facultatis nostræ An



OBI CHRI
Cons. Regii
restauratum
st, dimisus,
imprimis ve
ctore AND.
Philosophiæ
Serenissimos
Superinten
Responden
stinuit. Eo
menta primis
Nobilissimi &
II, J. II. Lic.
pud Stargar
dio literarum
i Patris mors
s quam jactu
pererat, in
1670. sua su
nceptam Se
lere capi
r, privatæ in
RGII LU
gii Advocac
irectione to
nen neglectis
llegiis. Nam
i sui honora
mi DN. JO
cti & quoniam
celeberrimi,
Con-